

to.

THEOREMA  
DE VNO EODEM-

. QVE ÆTERNO DEI  
Evangelio,

Propositum à Iohan. Iacobo Gry  
ngo, ut de eodem in publica τῆς  
ζητήσεις, interrogantibus re-  
spondeat, ex verbi Dei  
præscripto,

M. GALLVS RHORMAN-  
nus Transsylvanus, ad diem  
17. Junij.

2. Cor. 11. 4.

Enimverò, si veniat qui alium Iesum  
prædicet, quem non prædicavimus,  
aut ( si ) alium Spiritum accipiatis  
quem non accepistis, aut Evangelium  
aliud quod non accepistis, rectè  
(eum) toleraveritis.

BASILEAE, TYP. OPOR. 1591.

THE HISTORY OF

THE HISTORY OF THE  
CITY OF BOSTON  
FROM THE FIRST SETTLEMENT  
TO THE PRESENT TIME  
BY NATHANIEL BENTLEY  
IN TWO VOLUMES  
VOL. I  
LONDON: PRINTED BY J. BARNES, ST. MARTIN'S LANE, 1780.



GENEROSO D. VVILHELMO, BA-  
roni VVinneburgensi,

S. D. Iohan. Iacobus Grynæus.

**V**etus quidem proverbium est: Vi-  
vorum oportet meminisse. Ego ta-  
men facere non possum, quominus  
cum Q. Cicerone, ex contēplatione locorum,  
in quibus summi quidam viri recens vixe-  
runt, vehementer afficiar eorū recordatione.

Hamburgi Saxonū, Anno Christi 1589.  
piè obiit Theologia doctor orthodoxus, Hen-  
ricus Mollerus, 7. Cal. Decemb.

Heydelbergæ, sequente anno migravit ad  
Christum, magnus Theologus, Hieronymus  
Zanchius, 15. Cal. Decemb.

Genevæ, hoc anno, 7. Cal. Martij, illustris  
& genere & eruditione & differendi faculta-  
te Theologus, D. Antonius Sadeel, in Domi-  
no obdormi-vit.

Basileæ, hoc ipso anno 1591. 7. Cal. Maij,  
per εὐδαιμονίαν ad ἀθανασίαν, à Iehovah vi-vo-  
rum, vocatus est D. Basilius Amerbachius,  
I. C. oraculum nostræ urbis.

*Noribergesum Altorphia, Non. Maij,  
mortalitatem cum immortalitate feliciter  
commutavit, D. Hugo Donellus, I. C.*

*Equidē non dubito hosce viros ijs annu-  
merare, quibus indignus est mundus. Ne ta-  
men Ecclesia, quam Filius Dei verè respicit  
et curat, δωφμηειν videar, et gratias ago  
Deo Patri per sanctum nomen Iesu Christi,  
quod aliquos φωςυρας (inter q̄s hos eximum  
seruum suum, D. Theodorum Bezam) reli-  
quos esse, et nobis pralucere vult: et quorun-  
dam lectissimorū Iuvenum studijs ubertim  
benedicit: et eundem toto pectore precor, ut  
nobis omnibus dexter adesse pergat, tueatur  
nos aduersus Satanam: et ut is te, generose  
D. VVilhelme, instruat omni vero bono, et  
custodiat te in vijs tuis ab omni malo: Amē.*

*Basilea, die martyrij Thoma Hauxi, no-  
bilis Angli, qui 10. Iunij, an. 1555. in ardente  
rogo, ita ut se facturū receperat, semiustula-  
ta brachia manus q̄, ter supra caput complo-  
dens, signum suis dedit, virtute Spiritus san-  
cti ignis se vitiam vinci posse.*

*T H E O -*

THEOREMA, DE EVANGELIO.

VNum & idem omnibus Ecclesiæ temporibus fuit, est & erit Dei Evangelium.

*Subjectum, & ea quæ dantur.*

*Subjectum est Evangelium, quod hic significat sermonem veritatis de salute nostra, cuius fidem obsignat in nobis Spiritus sanctus. Eph. 1. 13.*

*Extra controversiam sunt hæc omnia: Quod sit Evangelium Dei, si auctorem: Christi, si argumentum: salutis credentium, si finem: luminis gloria & potentia Christi, si formam, attendas. Rom. 1. 1. 16. 2. Cor. 4. 4.*

*Certum & hoc est, Sacramenta esse visibile Evangelium, quandoquidem obsignant iustitiam fidei. Rom. 4. 11.*

*Quæsitum.*

*Hoc autem queritur, An ne unum & idem illud fuerit, sit, & omnibus Ecclesiæ temporibus futurum sit, an verò non?*

*Unum et idem esse dicimus, quod non est aliud, hoc est, quod est simplex, non multiplex: & quo uno nobis opus est. 2. Cor. 11. 4. Gal. 1. 7. Luc. 11. 42.*

*Mundi tempora cum Paulo διχροτομῆν solemus, in id quod fuit antequam venisset fides, quãdo sub Legis præsidio fuit Ecclesia: & in id quod fidei revelationem sequutum est. Gal. 3. 23.*

*Diserie*

Diserte autem affirmamus, unum & idem Evangelium in vera Dei Ecclesia sonuisse & sonare, nec alteri posthac in eadem locum fore.

### Preparatio.

Sit in conspectu hoc Axioma: Iesus, heri, hodie & in secula idem Christus est. *Hebr.* 13. 8.

Christus est, in quo uno salus idè est, quia in eodem fit ἀνακεφαλαιώσις. *Act.* 4. 12. *Ephes.* 1. 10.

### Demonstratio διότι.

Si Iesus, heri, hodie & in secula idem Christus est, tum sequitur unum & idem Evangelium fuisse, esse, fore omnibus atatibus Ecclesiae.

Verum est quod antecedit: ut ostendit Axioma.

### Conclusio.

Verum igitur est quod sequitur, videlicet, Vnum & idem Evangelium, omnibus Ecclesiae temporibus fuisse, esse & fore: ὅτι ἐστὶν ἰδίαι δὲ ἐξουσίαι.

### Consectaria.

1. Ergo verum est Evangelium: quia unum & verum ita convertuntur, ut uno plus verum esse nequeat.

2. Ergo una est Electorum fides: ut relatorum ratio monet. *Eph.* 4. 5.

3. Ergo

3. Ergo una est vera Dei Ecclesia, & corpus Christi. *Ibidem*, & 1. Cor. 4. 15. 1. Petr. 1. 23. Hebr. 11. per totum caput.

4. Ergo una & eadē est ratio gratuitæ & certę electionis, vocationis, iustificationis, sanctificationis omniū Salvandorum : ut Patris creditum exemplum demonstrat. Rom. 4. 1.

5. Ergo signis imparia, re paria fuerunt Patrum Sacramenta cum nostris : quando utraque in Christum respexerunt, quum essent Evangelium visibile.

6. Ergo hactenus differentijs dividētibz ( quę sunt renasci & ali ) discerni debent nostra Sacramenta : ut tamen ambo hoc commune habeant, videlicet testari novam vicię nostram primū cum Christo ipso crucifixo: deinde, cum omnibus ijs qui sunt Christi.

*Ipsi gloria.*

